



**Lvdovici Molinæ, E Societate Iesv Theologiæ Doctoris, &
Professoris, Commentaria, In primam D. Thomæ partem**

Molina, Luis de

Lugduni, 1622

Articvlvs I. Vtrum Deus sit corpus. artic. 1.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73915](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-73915)

permeare, tamquam vocem audiens, & aspectum A dicens, adores eum, qui tam pulchrum & admirabile corpus creauit: tacet & claram, sed ipsius aspectus vocem tuba clariorum emittit, per oculos, non per aures nos docens: hic enim sensus a natura est illo certior & manifestior: si enim per libros docuisset & literas, linguarum quidam peritus scripta diuiciisset, nesciens vero, nihil inde adiuveret, si quis alius non dixisset. Et duies quidam librum emiserunt pauper autem emere non potuisse. Rursum: Vocabulum quidem illud per literas significatam sciens in his posuisse nosse: Scylax vero, Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & omnes lingua carenes illa, nihil debet abfisen: Hoc autem de celo differe datur, sed Scylax, & Barbarus, & Indus, & Aegyptius, & Omnis homo per terram vadens, hanc vocem audiet: non enim per aures, sed per oculos in mentem incidit nostram. Visibilium autem participatio eadem, neque differens, sicut linguarum. In hunc pariter librum & idiota, & sapientis intueri poteruntur. & pauper, & dives, & quocumque quis venerit, in celum respiciens, sufficientem accipere doctrinam ex apostoli: quod quidem & ipsi propheta annuens, quod vocabulum creatura barbaris emittit, & Graecis, & omnibus uniuscuiuslibet hominibus sic intelligi facilem, dicebat: Non sunt loquela, neque sermones, quorum non audiantur voces eorum: hoc est, non est genus, neque lingua, que hanc vocem intelligere non posset. Haec tenus Chrysostomus.

Triplex via cognoscendi Deum naturaliter ex B. Dionysio.

cauzatur.

Prima cauz solitaria.

Secunda eminensia.

Creatura esse nequeunt perfecta Dei similitudo, sed imperf. ea valde & quasi vobis gium.

Attributa divina propria loquendo que.

Illud utrum addiderit, triplicem tradi viam cognoscendi Deum naturaliter ex B. Dionysio. Prima, atque fundamentum aliarum appellatur causalitatis: cum videlicet ab ipsis rebus naturalibus ad primam causam effectricem cognoscendo progressimur. Haec via licet cognoscatur prædicta quædam propria Dei, comparatione tamen creaturarum ei conueniunt, aut certè admixtam habent aliquam negationem, ratione cuius intelliguntur soli Deo conuenire, qualis sunt, esse primam causam, esse creatorum sempiternū, & similia. Quare nullum hac via prædicatum mere possumus & absolutum de Deo concipimus: quod sit, vt hac via quidditatius Deum minimè cognoscamus.

Secunda via appellatur eminentia. Etenim cum via causalitatis ostendatur, Deum esse causam primam omnium rerum, omniamque ab eo tamquam è fonte, & prima causa æquiuoxa efficiente emanasse, liquidò constat, creata omnia in eo esse altiori quodam modo, quam in se ipsis. Cum item via causalitatis ostendatur, Deum habere essentiam, & potentiam infinitam, ac illimitatam, dubium non est, Deum esse, ac proinde illud esse, quod creata in eo habent, in infinitum distare à rebus creatis, & ob eam causam creata esse non posse perfectam Dei similitudinem, sed imperfectam valde, quasi vestigium à perfectione, & ab esse diuino multum deficiens, vt Dionysius de ecclesiâ Hierarchia c. 2. & aliis in locis affirmit. Si ergo ante oculos constituamus magnitudinem, multitudinem, pulchritudinem, perfectionem, arque ordinem rerum omnium, que à Deo emanarunt, simûlque facultates ac vires earum, indéque mentem ad eminentiam causâ unde prodierunt, atollamus, pariterque attendamus, nihil limitatum, quod in rebus creatis concipiimus, posse Deo conuenire, sed ea, que perfectione finita & infinita, atque illimitata communia sunt, non solum in admiratione magnitudinis, perfectionis diuinæ, attributorumque diuinorū rapiemur, sed etiam comprememus, ea tantum prædicta realia absoluta (id est, non significantia respectum ad creaturem) esse attributa diuinæ, in eo formaliter existentia, que perfectione finita & infinita atque illimitata com-

A munia sunt, qualia sunt entitas, substantia, sapientia, bonitas, intellectus, voluntas, &c. Quorum quædam, vt interna & quidditatua Deo concipiuntur, cuius modi est ens, essentia, substantia, & spiritus quædam verò vt affectiones Dei atque essentia, quæ proinde peculiari ratione attributa Dei & essentia dicuntur: huius generis sunt intellectus, voluntas, sapientia, bonitas, &c. Cùm vero hæc à nobis concipi non possint in hac vita, quemadmodum realem quem habent in Deo, eò quod illum res creare, ut pote ab illo infinitè distantes, non possint ostendere: fit, vt neque via eminentia conceperimus absolutum realem proprium Deo, in quo nihil negationis admiscentur, formare possimus in hac vita, sed solum prædicta communia Deo & creaturis: atque adeò sit, vt neque Deum in hac vita quidditatius, quoad proprii ipsius prædicta, cognoscere valcamus.

Tertia via dicitur remotionis, cùm videlicet prædicta realis & absoluta, que Deo & creaturis communia sunt, ad Deum coactamus adiunctio- ne alicuius negationis, qua omnem creaturarum imperfectionem à Deo remouemus. Hoc pacto mente concipimus Deum, ens quoddam atque substantiam infinitam, illimitatam, simplicem omnino, omnipotentem, incomprehensibilem: concipimus etiam eum, sapientiam infinitam, bonum per essentiam, id est, non per participationem ab alio, &c. At licet hac via prædicta Deo propria concipiamus, non tamen concipimus prædicta incomplexa, sed complexa, potiusque cognoscimus de Deo quid non sit, quād quid sit, vt Dionysius tum c. 2. de celesti hierarchia, rum alibi, & Damascenus libro fidei orthodoxæ cap. 4. aliquique Parthes arque scholastici Doctores affirmant. Verba Dionysij hæc sunt. Nonnumquam dissimilibus interpretationibus, que negant, ab eisdem Scripturis laudibus diuina essentia ornatur. Ut cum eam, ut ita dicam, inuisibiliter dicunt, immensam, atque incomprehensibilem: que quidem non sit, sed quid non sit significant. Hoc enim mea quidem sententia magis proprie in ea dicuntur, &c.

QVÆSTIO III.

De Dei simplicitate.

DEMONSTRATVM est quæstionis præcedente, Deum esse. Quoniam vero in hac vita cognoscere non possumus de Deo quid sit, sed potius quid non sit, remouendo ab eo imperfectiones creaturarum, ut finem quæstionis præcedentis ostendit id præstat D. Thomas questionibus sequentibus. Hac ergo 3. q. ostendit, Deum esse simplicem omnino, id est, carere omni genere compositionis.

ARTICVLVS I.

Vtrum Deus sit corpus.

TERTULLIANVS, vt Augustinus de hæresibus, hæresi 86. refert, in eo fuit errore, vt diceret, Deum esse corpus. Eum tamen nititur ibi excusare Augustinus, quod forte in eo sensu intellexerit esse corpus, quod non sit nihil, sed substantia indiscibilis, ubique praesens. Heretici Vadiani nuncupati, afferuerunt, Deum esse corpus cum membris & effigie instar hominis, vt Augustinus ibidem hæresi 50. refert. Qui ob eam causam Anthropomorphite dicti sunt.

Contra

Error eorum
qui Deum
esse corpus
afferuerunt.

Ordo que-
sitionis in iuri
ad præceden-
tem, & se-
quentes.

Conclusio.
Deum non est
Deus non esse corpus. Ea vero est aperte de fide,
ut confit ex illo Ioannis 4. *Spiritus est Deus.* Quod
Christus idem Samaritanus dixit, ut eam doceret,
Deum, tamquam ubique per essentiam præsentem,
esse in spiritu ubique adorandum. Ex quo rursus
confirmari potest, Deum non esse corpus: alias neque
penetrari cum aliis corporibus, neque totus
ubique posset esse præsens. Idem constat ex aliis lo-
ci Scriptura. Definitumque est in Concilio Late-
ranensi 2. sub Innocentio 3. capite Firmiter, de summa
Trinitate & fide Catholica, illius verbis: *Vnus sub
sancta Trinitate & fide Catholica, illius verbi.*

Conclusio huius articuli evidenter, non fallor, à
nobis demonstrata est articulo ultimo questionis
præcedentis, ratione 1. & 4. quibus demonstrauimus
Deum esse.

Circa materiam huius articuli videndum est Au-
gustinus 3. libro Confessionum cap. 7. libro 1. de
doctrina Christiana c. 7. & 8. lib. 6. de Trinitate cap.
6. & 7. & libro 1. de unitate Dei cap. 10.

Vtrum esse corpus animatum sit, & vtrum vivens
perfectus sit non vivente, qua duo hoc loco tan-
git Caietanus, disputata à nobis sunt 2. de celo
cap. 2. q. 1.

ARTICVLVS II.

Vtrum in Deo sit compositio forma, & materia.

*Deo non
compositio
& forma.*
DEUS non esse compositionem ex forma
& materia, est de fide, ut constat ex Con-
cilio Lateranensi 2. cap. Firmiter, & capite
Dominicus de summa Trinitate & fide Catholica.
In quorum primo dicitur, *in Deo unum esse essentiam,*
substantiam, seu naturam simplicem omnino. In altero,
de substantia Patris dicitur, *quod inadmissibilis sit
compositionis ex omnino.*

Confitatur, quia quod constat materia & for-
ma, est corpus: materia namque partes integrantes
habet, subiectumque est trine dimentionis: sed ostendit
est articulo præcedente, tum ratione naturali,
tum etiam fidei repugnare Deum esse corpus: ergo
contra fidem & rationem naturalem est affirmard,
Deum materia & forma constare.

Deinde confirmatur contrarium esse ratione na-
turali: primo, quoniam materia de se est pura poten-
tia comparatione formæ: ergo indiget causa efficien-
te, qui reducatur ad actum: si ergo Deus constat
materia & forma, dabitur causa efficiens prior Deo,
à qua producatur, quod contradictionem implicat:
cum nomine Dei, primum quoddam efficiens in-
telligamus, quod ex se, & non ab alio habeat esse, ut
articulo ultimo questionis præcedentis visum est.

Secundò, quoniam (ut argumentatur D. Thomae inferius artic. 7. & 1. contra gentes cap. 18.) si in Deo esset compositio ex materia & forma, aut
quoniam alio modo ex partibus, aliquid esset prius
Deo, saltem natura, atque eo simplicius, quando-
quidem partes priores natura, & simpliciores sunt
suo toto: consequens tamen absurdum est, & im-
possibile: cum nomine Dei, primum ens simpliciter
intelligamus.

Addit, quod aliquid esset in Deo, quod non esset
Deus: quodcumque, quod materia & forma con-
stat, neque est sua materia, neque sua forma. Vide
rationes alias D. Thomæ hoc loco, & 1. contra gen-
tes c. 16. 17. 18. & 20. Scoti in 1. d. 8. q. 1. & Durandi
q. 4. De principio individuationis, cuius in respon-

A sione ad tertium meminit D. Thomas, diximus, *metaphysicæ.*

A R T I C V L U S III.

*Vtrum sit idem Deus, quod sua essentia,
vel natura.*

DEV M esse idem cum sua essentia & Deus idem
natura, est de fide, ut constat ex Con-
cilio Lateranensi, capite Firmiter, de
summa Trinitate & fide Catholica,
vbi ita habetur. *Vnus est filius verus*
Deus, Pater, & Filius, & Spiritus sanctus, tres quidem
personæ, sed una essentia, substantia, seu natura simplex
omnino. Colligitur præterea ex multis locis Sacre
Scripture, in quibus attributa abstractæ significata,
ab abstractæ significata af-
ficitur de
Deo afficitur: Ioannis 1. 4. *Ego sum via, veritas, & vita.* I. *Deus lux est,* cap. 4. sequenti,
Deus caritas est. Vnde Dionysius 4. cap. de divinis
nominibus, *pulchrum inquit & pulchritudo dividen-
da, distinguedaque non sunt in causa, que uno compre-
hendit omnia.* Atque cum ibi, tum alibi abstracta de
Deo affirmatur.

Confirmatur ex communī consensu Patrum:
potissimum ex Augustino 11. de Civitate Dei cap.
10. vbi ait, *Deum aitque Trinitatem simplicem esse omni-
no;* & ideo simplicem dici quantiam quod habet hoc est,
scilicet pater ad se ipsum dicuntur vivens, habendo vitam
& eandem vita ipse est. Addit: Propter hoc ita
que natura dicitur simplex, cui non sit aliquid habere,
quod vel posse amittere, vel aliud sit habens, aliud quod
habet. Et infra: Secundū hoc ergo dicuntur illa simplicitas,
qua principalius, verique diuina sunt, quod non aliud
est in eis qualitas, aliud substantia: nec aliorum participa-
tione, vel diuina, vel sapientia, vel beatitudo sunt. Hac-
enus Augustinus. Idem docet 17. de Trinitate cap.
17. Hilarius 7. de Trinitate ait. *Non ex compo-
sitione Dei, qui vita est subsistit, neque qui virtus est, & ex in-
firmis conineatur, neque qui spiritus est, ex disparibus
formis est, utrum quod in corporeum est. Et libro de
Deo: *Nor humano modo Deus ex compo-
sitione est, utrum quod ab eo habeatur, aliud sit ipse, qui habeat.**

Idem affirmat Anselmus monolog. c. 15. & 16. Plura

alia testimonia Sanctorum Patrum habes apud

Magistrum in 1. distinct. 3.

Accedit non solum testimonium Bernardi ser-
mone 80. Super cantica, Augustini, & Fulgentii,
quos citat in confirmationem huius sententiae, sed
& condemnatio, qua Eugenius in Concilio Re-
mensis errorum Gilberti Picauensis Episcopi con-
demnatur, qui has propositiones, *Deus est veritas,*
Deus est Deitas; & similes dicebat simpliciter non
esse veras. Quapropter ergo aliquar reperitur in
Scriptura sacra, dicebat exponentum esse abstra-
ctum per concretum, *vel illas, Deus est veritas, Deus*
est vita, ita exponebat, id est, verus, & vivens: cum
tamen, si ad diuinam simplicitatem attenderis, potius
concreta per abstracta exponentia sint, ut Berodus
ibidem, & Anselmus monolog. cap. 15. recte affir-
mant. Quoniam vero Deus eo modo simplicissimus
est, ut tamen subsistat, concreta etiam ratione subfi-
cientia verè de illo prædicantur.

Hoc loco disputari poterat, vtrum suppositum
creatuum tam in rebus materialiis, quam in spiritualibus,
distinguitur à sua natura singulari, verbi
gratia, Plato à sua singulari, humanitate, commo-
diis: tamen id fieri cum tercia parte de incarnatione
agetur. Disputari etiā poteras: an sicut essentia
divina

*Gilberti er-
ror in concil.
Remenab
Eugenio da-
natus.*